



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 5. Varia Gregorii XIII. Papæ diplomata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI
A.C. 1581.

articulo afferunt hi declamatores, quod non sit permisum, ut in matrimonii impedimentis præsentibus, & futuris dispensatio a summo Pontifice petatur, cum tunc, si id fieret, illius auctoritas tanquam legitima agnosci videretur, interim licitum dicebant, quod quis Regem pro ejusmodi dispensatione in gradibus per humanas leges nunc prohibitis, ac nulla lege divina reservatis accedat. Denique in quadragesimo sexto admonentur fideles, ne infantes suos longo tempore nisi saltem in magna necessitate Baptismo privent. Postremo atque articulo quinquagesimo Britanniam tanquam proximæ Synodi locum designabant.

§. V.

Varia Gregorii XIII. Papæ diplomata.

Bull. Conf. 68. & 69.
pag. 481.

Hoc item anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo primo Gregorius XIII. summus Pontifex plura edidit diplomata, quorum primo die trigesima Martii promulgato Christianis morbo pressis inhibetur, ne Medicos secta Judæos, aut Infideles advocent, qui eos inviserent, atque in eorum infirmitatibus curarent, his vero injungitur, ne, etiamsi vocati essent, Christianos infirmos sub ullo prætextu vi-

sum

sum eant. Idipsum jamjam a Paulo IV. Sæcul. XVI.
 & Pio IV. fuerat sanctum, cuius inter- A.C.1581.
 dicti rationem hanc tradidit, eoquod hi
 Infideles, ac Judæi nullam rationem
 habeant illius mandati a summis Pon-
 tificibus, ac Conciliis impositi, vi cuius
 omnes Medici tertia vice infirmum in-
 visere prohibentur, si nondum conscienciam
 suam a vitæ anteactæ noxis pur-
 gaverit. Altera Constitutio die vigesima
 septima Maji emanata tangebat
 Archi-Societatem Beatæ Virginis Con-
 falonis in Urbe Romana erectam, ubi
 Pontifex fideles hortabatur, ut pro redi-
 mendis captivis Christianis, qui apud
 Barbaros detinerentur, eleemosynas
 erogare velint: insuper Fratribus indulxit,
 ut in die Beatæ Virginis ad Cælos
 assumptæ duos in carceribus deten-
 tos liberare possint. Tertia Bulla die
 prima Junii ejusdem anni edita præ-
 scribuntur eventus, in quibus hæreticæ
 pravitatis Inquisitores in Judæorum, In-
 fidelium, relapforum, Magorum, Blas-
 phemorum, aliorumque criminis inqui-
 rere tenentur. Denique in quarta Con-
 stitutione, quæ tertia Novembris die e-
 manavit, de Romanæ Urbis Pistoribus
 agitur, eisque panis pretium præscri-
 bitur, præterea hæredes, ac ultima-
 rum voluntatum executores admonen-
 tur, ut mortuis debitoribus Pistores ce-
 teris

Sæcul. XVI. teris creditoribus præferantur, atque
A.C. 1581. eis præprimis pecuniæ ob concessum
 panem debitæ persolvantur.

§. VI.
Alexandri Sfortiae Cardinalis obitus.

Andr. Vito- Interea eodem anno Sfortia, &
rel. in addit. Ursinus Cardinales vivis erepti fue-
ad Ciac. t. 3. rant, quorum primus nomine Alexan-
pag. 560. der Bosii II. sanctæ Floræ Comitis, &
Aubery vie Constantiæ Farnesiæ Filius, ac pro n
des Cardin. Pauli III. Nepos erat. Hic percurso
 studiorum curriculo adhuc juvenis Ro-
 manum contendit, ubi primo Vaticanæ
 Basilicæ Canonicus, & postea Cameræ
 Apostolicæ Clericus nominabatur, qui-
 bus tamen dignitatibus ob triremes,
 quas ejus Frater reddere apud Centum
 cellas recusavit, a Paulo IV. spoliatus
 fuerat, ad non nullorum tamen Cardina-
 lium preces, postquam ejus Frater tri-
 remes reddierat, iisdem restitutus est ab eo-
 dem Pontifice, cuius gratiam ob pacem,
 quam Guido Ascanius Cardinalis fra-
 ter inter ipsum Pontificem, & Philip-
 pum Hispaniæ Règem conciliaverat,
 fuerat promeritus: cum autem anno
 reparatæ Salutis millelimo quingente-
 simo quinquagésimo nono tota Italia in-
 genti annonæ penuria premeretur, Ale-
 xander unacum Florentino Episcopo
 populi necessitatibus succurrere adlabo-
 rabat